

five Gentiles, five servi, five liberi: & omnes in uno Spíritu potáti sumus.

14. Nam & corpus non est unum mem-  
brum, sed multa.

15. Si díixerit pes: Quóniam non sum manus, non sum de corpore: num ídeò non est de corpore?

16. Et si díixerit auris: Quóniam non sum oculus, non sum de corpore: num ídeò non est de corpore?

17. Si totum corpus oculus: ubi audí-  
tus? Si totum auditus: ubi odorátus?

18. Nunc autem pósuit Deus membra, unumquódque eórum in corpore sicut vó-  
luit.

19. Quid si essent ómnia unum mem-  
brum, ubi corpus?

20. Nunc autem multa quidem mem-  
bra, unum autem corpus.

21. Non potest autem oculus dicere má-  
nui: Operá tuá non indígeo: aut íterum caput pédibus: Non es tibi mihi necessárii.

22. Sed multò magis quæ vidéntur membra cōporis infirmiōra esse, necessá-  
riora sunt:

23. & quæ putámus ignobiliōra mem-  
bra esse cōporis, his honòrem abundan-  
tiōrem circumdamus: & quæ inhonesta  
sunt nostra, abundantiōrem honestatēm  
habent.

24. Honesta autem nostra nullus egent:  
sed Deus temperávit corpus, ei, cui déerat,  
abundantiōrem tribuéndo honorem,

25. ut non sit schisma in corpore, sed  
idipsum pro invicem solícita sint membra.

26. Et si quid pátitur unum membrum,  
compatiūntur ómnia membra: sive gloriá-  
tur unum membrum, congaudent ómnia  
membra.

**# SANCT.** 27. \* Vos autem es tis corpus Christi,  
**BARTH.** & membra de membro.

**APOST.** 28. \* Et quosdam quidem pósuit Deus  
**\* Ephes. 4.** in Ecclésia primū Apóstolos, secundò  
Prophétas, tértiò Doctores, deíndè vir-  
tutes, exíndè grátiás curatiōnum, opitu-  
lationes, gubernatiōnes, génera linguā-  
rum, interpretationes sermónum.

29. Numquid omnes Apóstoli? num-  
quid omnes Prophéta? numquid omnes  
Doctores?  
30. Numquid omnes virtutes? numquid  
omnes grátiā habent curatiōnum? num-  
quid omnes linguā loquuntur? numquid  
omnes interpretantur?

31. Æmulámini autem charismata me-  
liora. \* Et adhuc excellentiōrem viam  
vobis demónstro.

### C A P U T X I I I .

Sinè charitatem dona queaque gratuita, imò  
& martyrium ipsum, sunt infructuosa: charitatis dores.

1. \* **S**i linguis hominum loquar, & \* DOM.  
angelorum, charitatem autem QUIN-  
non habeam, factus sum velut æs sonans,  
aut cymbalum tintiens.

2. Et si habuero prophetiam, & nōve-  
rim mystéria ómnia, & omnem scientiam:  
& si habuero omnem fidem ita ut montes  
transféreram, charitatem autem non habue-  
ro, nihil sum.

3. Et si distribuero in cibos páuperum  
omnes facultates meas, & si tradidero cor-  
pus meum ita ut árdeam, charitatem au-  
tem non habuero, nihil mihi prodest.

4. Cháritas pátiens est, benigna est:  
Cháritas non æmulatur, non agit pére-  
rām, non inflatur,  
5. non est ambitiosa, non querit quæ  
sua sunt, non irritatur, non cōgitat malum,  
6. non gaudet super iniquitatē, con-  
gáudet autem veritati:

7. ómnia suffert, ómnia credit, ómnia  
sperat, ómnia sustinet.

8. Cháritas numquam excedit: sive pro-  
phetia evacuabuntur, sive linguæ ces-  
bunt, sive scientia destruetur.

9. Ex parte enim cognoscimus, & ex  
parte prophetamus.

10. Cùm autem vénérat quod perféctum  
est, evacuabitur quod ex parte est.

11. Cùm essem párvulus, loquébar ut  
párvulus, sapiébam ut párvulus, cogitá-  
bam ut párvulus. Quandò autem factus  
sum vir, evacuavi quæ erant párvuli.

12. Vidémus nunc per sp̄eculum in  
ænigmate: tunc autem facie ad faciem.  
Nunc cognoscó ex parte: tunc autem co-  
gnoscam sicut & cōgnitus sum.

13. Nunc autem manent, fides, spes,  
cháritas: tria hæc. maior autem horum est  
cháritas. \*

### C A P U T X I V .

De Prophetia & linguārum donis: his ad  
adificationem utendū, uti & aliis  
donis.

1. **S**ectamini charitatem, æmulámini  
spirituālia: magis autem ut pro-  
phetētis.

2. Qui enim loquitur lingua, non ho-  
minibus loquitur, sed Deo: nemo enim  
audit. Spíritu autem loquitur mystēria.

3. nam

3. nam qui prophétat, hominibus ló-  
quitur ad ædificationem, & exhortatiō-  
nem, & consolatiōnem.

4. Qui lóquitur lingua, semetipsum  
ædificat: qui autem prophétat, Ecclésiam  
Dei ædificat.

5. Volo autem omnes vos loqui linguis:  
magis autem prophetare. Nam maior est  
qui prophétat, quām qui lóquitur linguis:  
nisi forte interpretetur ut Ecclésia ædi-  
ficationem accipiat.

6. Nunc autem, fratres, si vénero ad  
vos linguis loquens: quid vobis pródero,  
nisi vobis loquar aut in revelatione, aut  
in scientia, aut in prophetia, aut in do-  
ctrina?

7. Tamen quæ finē anima sunt vocem  
dántia, sive tibia, sive cithara: nisi di-  
stinctiōnem sonituum déderint, quómodò  
scíetur id, quod cānitur, aut quod  
citharizatur?

8. Etenim si incértam vocem det tuba,  
quis parábit se ad bellum?

9. Ita & vos per linguam nisi manifé-  
stum sermónen dederitis: quómodò scí-  
etur id, quod dicitur? éritis enim in aéra  
loquēntes.

10. Tam multa, útpūtā génera linguā-  
rum sunt in hoc mundo: & nihil finē vo-  
ce est.

11. Si ergo nesciero virtutem vocis,  
ero ei, cui loquor, bárbarus: & qui ló-  
quitur, mihi bárbarus:

12. Sic & vos, quóniam æmulatōres  
estis sp̄irituum, ad ædificationem Ecclésia  
querite ut abundatēs.

13. Et ídeò qui lóquitur lingua: oret  
ut interpretetur.

14. Nam si orem lingua, sp̄iritus meus  
orat, mens autem mea finē fructu est.

15. Quid ergo est? Orâbo sp̄iritu, orâ-  
bo & mente: psallam sp̄iritu, psallam &  
mente.

16. Céterū si benedixeras sp̄iritu: qui  
supplet locum idiota, quómodò dicet,  
Amen, super tuam benedictiōnem? quó-  
niā quid dicas, nescit.

17. nam tu quidem benè grátiás agis:  
sed alter non ædificat.

18. Grátiás ago Deo meo, quod óm-  
nium vestrū lingua loquor.

19. Sed in Ecclésia volo quinque verba  
fensi meo loqui, ut & álios instruam:  
quām decem millia verbōrum in lingua.

20. Fratres, nolite púeri éffici sénibus,  
sed malitiā párvuli estote: sénibus autem  
perfeci estote.

21. In lege scriptum est: \* Quóniam in \* Iau. 28.  
álii linguis & lábiis álii loquar pôpulo huic: & nec sic exáudent me, dicit Dóminus.

22. Itaque linguae in signum sunt non fidélibus, sed infidélibus: prophetæ autem non infidélibus, sed fidélibus.

23. Si ergo convéniat universa Ecclésia  
in unum, & omnes linguis loquántur, in-  
tent autem idiota, aut infidéles: nōnne  
dicunt quod insaniunt?

24. Si autem omnes prophetent, intret  
autem quis infidélis, vel idiota, convín-  
citur ab omnibus, dijadicatur ab omnibus:

25. occulta cordis eius manifesta fiunt:  
& ita cadens in faciem adorabit Deum,  
pronúncians quod verè Deus in vobis sit.

26. Quid ergo est, fratres? cùm conve-  
nitis, unusquisque vestrum psalmum ha-  
bet, doctrinam habet, apocalypsim habet,  
linguam habet, interpretationem habet:  
omnia ad ædificationem fiant.

27. Sive lingua quis lóquitur, secún-  
dum duos, aut ut multū tres, & per  
partes, & unus interpretetur.

28. Si autem non fuerit intérp̄es, taceat  
in Ecclésia, sibi autem loquatur, & Deo.

29. Prophetæ autem duo, aut tres di-  
cant, & céteri dijadicent.

30. Quid si álii revelatum fuerit sedé-  
ti, prior taceat.

31. Potéstis enim omnes per singulos  
prophetare: ut omnes discant, & omnes  
exhortentur:

32. & sp̄iritus prophetarum prophetis  
subiecti sunt.

33. Non enim est dissensiōnis Deus, sed  
pacis: sicut & in omnibus Ecclésiis sanctō-  
rum dóceo.

34. Mulieres in Ecclésiis taceant, non  
enim permititur eis loqui, sed subditas  
esse, sicut \* & lex dicit. \* Gen. 3.

35. Si quid autem volunt discere, domi-  
viros suos intérrogent. Turpe est enim  
mulieri loqui in Ecclésia.

36. An à vobis verbum Dei procéssit?  
aut in vos solos pervenit?

37. Si quis vidétur propheta esse, aut  
sp̄irituālis, cognoscat quæ scribo vobis,  
quia Dómini sunt mandata.

38. Si quis autem ignōrat, ignorabitur.

39. Itaque fratres æmulámini proph-  
etare: & loqui linguis nolite prohibere.

40. Omnia autem honéstè, & secún-  
dum ordinem fiant.

## C A P U T X V .

*Quib[us]dam ē Corínthiis , circa inānis Philosophiae plácita occupatis , de futura resurrectione dubitātibus , prædicatum à se Evangélium , & ab iis ultrò suscep̄tum , in memoriā révocat Apostolus : eāmque probat variis argumentis.*

\* D O M . 1. \* N otum autem vobis fácio , frātres , Evangélium , quod prædicávi vobis , quod & accepistis , in quo & statis , per quod & salvamini : quā ratiōne prædicáverim vobis : si tenetis , nisi fruſtrā credidistis .

3. Trádidi enim vobis in primis quod & accépi : quóniam Christus mórtuus est pro peccatis nostris \* secundūm Scripturās :

\* Ioseph. 2. 4. \* & quia sepultus est , & quia resurréxit téritiā die secundūm Scripturās :

\* Ioseph. 20. 5. & quia visus est Cephæ , & post hoc undeclim :

6. Deindē visus est plus quām quingén̄tis frátribus simul : ex quibus multi manent usque adhuc , quidam autem dormierunt :

7. Deindē visus est Iacóbo , deindē Apóstolis ómnibus :

8. Novissimè autem ómnium tamquam abortivo , \* visus est & mihi .

\* Actor. 9. 9. \* Ego enim sum mínimus Apostolōrum , qui non sum dignus vocari Apóstolus , quóniam persecutus sum Ecclésiam Dei .

10. Gratiā autem Dei sum id , quod sum , & grácia eius in me vácuā non fuit , sed abundantiā illis ómnibus laborávi : non ego autem , sed grácia Dei mecum :

11. Sive enim ego , sive illi : sic prædicámus , & sic credidistis .

12. Si autem Christus prædicatur quod resurréxit à mórtuis , quómodò quidam dicunt in vobis , quóniam resurréctio mortuorum non est ?

13. Si autem resurréctio mortuorum non est : neque Christus resurréxit .

14. Si autem Christus non resurréxit , inānis est ergo prædicatio nostra , inānis est & fides vestra :

15. inveniūt autem & falsi testes Dei : quóniam testimoniū diximus adversus Deum quid suscitáverit Christum , quem non suscitávit , si mórtui non resurgunt .

16. Nam si mórtui non resurgunt , neque Christus resurréxit .

17. Quod si Christus non resurréxit , vana est fides vestra , ádhuc enim estis in peccatis vestris .

18. Ergo & qui dormierunt in Christo , periérunt .

19. Si in hac vita tantum in Christo spe-riantes sumus , miserabiliores sumus ómnibus homínibus .

20. Nunc autem Christus resurréxit à mórtuis primitiæ \* dormientium , \* Coloff. 1. 18.

21. quóniam quidem per móminem 18. mors , & per móminem resurréctio mor- Apoc. 1. 5. tuorum .

22. Et sicut in Adam omnes moriúntur , ita & in Christo omnes vivificabuntur .

23. \* Unusquisque autem in suo ordine , \* 1. Thess. primitiæ Christus : deindē ii , qui sunt 4. 15. Christi , qui in advéntu eius credidérunt .

24. Deindē finis : cùm tradiderit regnum Deo & Patri , cùm evacuáverit ómnen principátum , & potestatē , & virtutē .

25. Opórtet autem illum regnare \* dō- \* Psalm. nēc ponat omnes inimicos sub pédibus eius . 109. 1. Heb. 1. 13.

26. Novissima autem inimica destruētur \* 10. 13. mors : \* Omnia enim subjécit sub pedi- \* Psalm. 8. bus eius . Cùm autem dicat : 8. Hebr. 2. 8.

27. Omnia subiecta sunt ei , sive dúbio præter eum , qui subiecti ei ómnia .

28. Cùm autem subiecta fuerint illi ómnia : tunc & ipse Filius subiectus erit ei , qui subiecti sibi ómnia , ut sit Deus ómnia in ómnibus .

29. Alioquin quid fácent qui baptizántur pro mórtuis , si omnīd mórtui non resurgunt ? ut quid & baptizántur pro illis ?

30. ut quid & nos periclitámur omni horā ?

31. Quotidiè mórior per vestram gloriām , fratres , quam hábeo in Christo Iesu Dómino nostro .

32. Si (secundūm móminem) ad béstias pugnávi Ephesi , quid mihi prodest , si mórtui non resurgunt ? \* manducémus , \* Sap. 2. 6. Ioseph. 22. & bibāmus , cras enim moriēmur . 13. & 56. 12.

33. Nolite sedúci : Corrumpunt mores bonos collóquia mala .

34. Evigiláte iusti , & nolite peccāre : ignorátiā enim Dei quidam habent , ad reveréntiam vobis loquor .

35. Sed dicet áliquis : Quómodò resurgunt mórtui ? quálivè corpore vénient ?

36. Insípiens , tu quod séminas non vi- vificátor , nisi prius moriātur .

37. Et quod séminas , non corpus , quod futūrum est , séminas , sed nudum granum , ut putā trítici , aut alicuius ceterōrum .

38. Deus

38. Deus autem dat illi corpus sicut vult : & unicūque séminum própriū corpus .

39. Non omnis caro , éadem caro : sed alia quidem móminum , ália verò pécorum , ália vólucrum , ália autem píscium .

40. Et cōpōra cælestia , & cōpōra ter- rēstria : sed alia quidem cælestium glória , ália autem terrēstrium :

41. Alia cláritas solis , ália cláritas lunæ , & ália cláritas stellārum . Stella enim à stella differt in claritatē :

42. sic & resurrēctio mortuorum . Se- minātūr in corruptiōne , surget in incor- ruptiōne .

43. Seminātūr in ignobilitāte , surget in glória : Seminātūr in infirmitāte , surget in virtute :

44. Seminātūr corpus animāle , surget corpus spiritāle . Si est corpus animāle , est & spiritāle , sicut scriptum est :

\* Gen. 2. 7. 45. \* Factus est primus homo Adam in animam vivētem , novissimus Adam in spíritum vivificantem .

46. Sed non prius quod spiritāle est , sed quod animāle : deindē quod spiritāle .

47. Primus homo de terra , terrēnus : secundus homo de cælo , cælestis .

48. Qualis terrēnus , tales & terrēni : & qualis cælestis , tales & cælestes .

49. Igitū , sicut portavimus imáginem terrēni , portemus & imáginem cælestis .

50. Hoc autem dico , fratres : quia caro & sanguis regnum Dei possidere non pos- sunt : neque corrúptio incorruptēlam pos- fidēbit .

\* OMN. DEFUNCT. 51. \* Ecce mýsterium vobis dico : Om- nes quidem resurgēmus , sed non omnes immutabimur .

Item; ANNIV. 52. In momēto , in iectu oculi , in no- vissima tuba : canet enim tuba , & mórtui resurgent incorrupti : & nos immutabimur .

DEFUN- 53. Opórtet enim corruptibile hoc in- dūere incorruptionem : & mortale hoc in- dūere immortalitatem .

CTORUM. 54. Cùm autem mortale hoc indúerit immortalitatem , tunc fiet sermo , qui scriptus est : \* Absórpta est mors in vi- ctória .

PONTIF. 55. Ubi est mors victoria tua ? ubi est mors stímulus tuus ?

ET SA- 56. Stímulus autem mortis peccatum est : virtus verò peccati lex .

CERD. 57. \* Deo autem grárias , qui dedit no- bis victoriā per Dóminum nostrum Iesum Christum .

58. Itaque fratres mei dilecti , stábiles estote , & immóbiles : abundantes in opere Dómini semper , scientes quod labor ve- ster non est inānis in Dómino .

## C A P U T X VI .

De collēctis faciendis pro fidélibus qui erant Ierosolyma . Timótheum & álios iis comméndat , álios salútat . Vigilandum , & viriliter agéndūm . Qui Christum non amat , sit anáthema .

1. D E collēctis autem , quā fiunt in sanctos , sicut ordinávi Ecclēsiis Galátia , ita & vos fácite .

2. Per unam sábbati unusquisque ve- strūm apud se sepōnat , recóndens quod ei benē placuerit : ut non , cùm vénero , tunc collécta fiant .

3. Cùm autem præsens fúero : quos pro- baveritis per epístolas , hos mittam per- férre grátiam vestram in Ierúsalem .

4. Quod si dignum fúerit ut & ego eam , mecum ibunt .

5. Véniam autem ad vos , cùm Macedóniam pertransiero : nam Macedóniam pertransibō .

6. Apud vos autem fórsitan manébo , vel etiām hiemābo : ut vos me deducatis quo- cūmque fero .

7. Nolo enī vos modò in tránsitu vidēre , spero enim me aliquántulum tēporis manere apud vos , si Dóminus permisit .

8. Permanēbo autem Ephesi usque ad Pentecosten .

9. Ostium enim mihi apértum est ma- gnum , & évidens : & adversarii multi .

10. Si autem vénérerit Timótheus , vidēte ut sive timore sit apud vos : opus enim Dómini operátur , sicut & ego .

11. Né quis ergo illum spērat : dedú- cite autem illum in pace , ut véniat ad me: expécto enim illum cum frátribus .

12. De Apólio autem fratre vobis no- tum fácio , quóniam multū rogávi eum ut veniret ad vos cum frátribus : & útique non fuit volūntas ut nunc veniret : véniet autem , cùm ei vácum fúerit .

13. Vigiláte , state in fide , viriliter ági- te , & confortámini .

14. ómnia vestra in charitāte fiant .

15. Obscero autem vos fratres , nostis domum Stéphanæ , & Fortunati , & Acháïci : quóniam sunt primitiæ Acháïæ , & in mi- nistérium sanctōrum ordinavérunt seipso .

16. ut & vos súbditi sitis eiúsmodi , & omni cooperánti , & laboránti .

Dddd 17. Gau-